

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula II. Nihil sit fine causa

urn:nbn:de:bsz:31-102400

secundum idem esse, secundum diversum autem nihil repugnat.

REGULA II:

Nihil fit sine causa.

I. Vocab hoc Galenus I. de meth. med. c. VII. indemonstrabile axioma, de quô inter omnes conveniat, propterea, quod intelligentiae sit evidens: & cum videamus oculum probè mutius suum obire, ac rursus nequaquam videre eō (axio- mate) motos nos dicit, querere deinceps, quae demum sit rebus noxae causa.

II. Et sane, sine causa efficiente aliquid fieri, absolute est impossibile. Quicquid vitedar, ab aliis quo videtur, quicquid ædificatur ab aliquo ædifica- tatur, quicquid calescit, ab aliquo calescit. E. & ita comuni, quicquid efficitur vel sit, ab aliquo effi- citur vel sit. Illud autem, à quô aliquid sit vel effi- citur, causa efficientis vocatur.

III. Eorum, qui primi philosophati sunt, plu- riimi causam materialem solum agnoverunt, ne- que ullum aliud principium vel causam rerum esse crediderunt. Verum hæc ipsa causa, quæ est ex ultius eidem viatim fecit, eosque quartere coegerit de causa efficiente. Si enim quam maxime o- minis corruptio & generatio ex aliquo, ut ex uno, aut etiam pluribus existit, cur id venit, & quænam ejus rei causa est? Neque enim id, quod subjicitur, suam ipsius mutationem efficit neque ligatum, v. gr. neque æs sua utrumque mutationis

C.

et

n, sanita-
nitas, vir-
nt, & qui
le; unum
intentio-
st, quām
nportat
i tribui-
n ab actu
ed secun-
sse cogni-
emadmo-
cuperan-
itas, quæ
a naturâ;
henditu
hoc esse
nis est ef-
mitatis in-
r. Atque
ammodo
empe ut
ipsius in-
i quidem
dem esse,
sse diver-
or se ipso
sui ipsius
secun-

est causa, nec lignum quidem lectum, & vero statuam efficit, sed aliquid aliud mutationis causa est. Hoe autem querere, aliud principium querere est, quod nos dicamus licet, unde est principium motus. Ita Aristoteles *I. Met. c. III.*

IV. Quantum ad causas internas, potest aliquid fieri, nempe virtute creatrice Dei, ut nulla adsit materia; Quemadmodum ex nihilo à Deo facti sunt Angeli vel substantiae separatae, & materia prima, quæ ipsæ res etiam nullam formam agnoscunt, cum substantiae angelorum ipsæ actus sint & formæ simplices, & materia prima, licet concreata cum forma, imò nunquā sit sine forma, forma tamen non est causa ejus sed unâ cum ipsa causa compositi. Sermo autem hic est de formâ, ut est causa formalis.

V. Aristoteles *I. Phys. c. VII. & XII. Met. c. II.* demonstrat, quicquid sit, ex præsupposita fieri materia, & in *VII. Met. t. 22.* causam efficientem & materialem conjungens, *omnia, inquit, que sunt.* & ab aliquo, & ex aliquo, & aliquid sunt, quod quidē verissimum de causis secundis & creatis. Earum enim virtute quidquid sit, materiam vel subiectum requirit, ex quo fiat.

VI. De forma alia est ratio: potest aliquid à causis secundis & naturalibus etiam fieri, ut nullam habeat causam formalem. Nam formas ipsas informantes, tūm substantiales, tūm accidentales fieri, non omnino negari potest, formæ tamen

non habent causam formalem, sed ipsae sunt causae formales corporum naturalium, aut compositorum per accidens.

VII. Verum quidem esse censemus, quod Philosophus VII. Met. c. IIIX. de professō disputat, compositum fieri, non formas, & I. Phys. c. VII. t. 14. τὸ γενόμενον αἰτᾷ τὴν αἰτίαν τοῦ γένετος. Unde & in isto capite omnia, quæ sunt, ex materia, vel subjectō & formā fieri docet: non tamen simpliciter negari potest, formas quoque suō modō fieri. Educuntur enim per generationem de potentia materiarū, & sic cum anteā non essent actū, sed potentia solum, in generatione accipiunt esse actū. Quidnī igitur fieri quoque diei possent? Ipse Philosophus II. Phys. t. 14. dicit, generationem esse viam ad formam. Quod Averroës explicat ita: quod generatio sit via ad hoc, ut forma fiat. III. Meteor. c. IIV. dicitur terræ motus fieri. VII. Met. c. IIIX. dicuntur quædam & arte & causa fieri, ut valetudinem; ut plura alia loca omittantur.

VIII. An autem & creationem rerum agnoverit Philosophus & ex nihilo aliquid à Deo factum esse, vel fieri posse, statuerit, de eo inter Interpretes discrepat, quos, qui vult, videat.

R E G U L A III.

*Positā causā, ponitur causatum, &
vice versa,*

I. Positō generante, non ponitur id ipsum,
G 2 quod

, as vero
ionis cau-
ncipium
de est pri-
c. III
potest ali-
i, ut nulla
ilo à Deo
e, & mate-
ormam a.
ipsæ actus
na, licet
ne forma,
i cùm ipsa
de formā

Met. c. II.
osita fieri
ficientem
it, que fi-
uidfiunt,
& creatis
eriam vel

aliquid à
i, ut nul-
mas ipsas
ccidenta-
næ tamen
non